

propagati ex uno illustri surculo. Quantus honor nobis oblatus est! Quia Deus elegit nos in caput totius Christianitatis, videlicet regni Romanorum, non impediamus controversiis gloriam nostram magnam, sed scimus scilicet: Quis^e audebit adversum nos surgere, quod unus quasi manus dextra et alius^f velut sinistra unius corporis pupillos et viduas defensando, atque^g [unus] ut sol, alius ut luna plena, per quos duos tota Christianitas gaudiis pacis irradiata nos omnipotenti deo orationibus suis recommendabit. (143v) Et^h qui unum ex nobis honorabit, honoret et alterum, et qui ex nobis offendet aut spernet alterum, indignacionem incurret. Ac qui uni utilis, alterius utilitatem pretendat, qui vero rebellis per ambosⁱ et oleo^j gracie ac malleo iustitie mollificatus flectetur. O frater dilecte, quam *horrendum est incidere in manus* ulciscantis magni dei⁵⁶, quod propter nostros malos consules aut cupiditatem aut lites aut invidiam aut fraudem aut desidiam ecclesia sancta tam in spiritualibus quam temporalibus bonis patiatur^k quovis modo neglecta aut effusio sanguinis innocentis, pauperum oppressio aut terrarum desolatio subsequenter. Vere nos, qui modo ratione utimur, domino deo pro his respondebimus. Absint igitur hec^l, absint a nobis, frater mi⁵⁷! Quod potius omnia mea tua et tua mea, eligamus potius unus pro altero mori^m morte iustorum quam tremendam iusti iudicis hac via sententiam expectare! Recolamus – cuius non diu preteritum – duorum terre Moravie fratrum marchionum, domini Iodoci scilicet et Procopii⁵⁸, quos dum nemo pacificare potuit, sed mutuis litibus, pauperibus suis et terris destructis, cita perempti morte absque heredibus decesserunt, quod hoc non aliud nisi plaga dei fuit. Terminemus preterea vitam nostram exemplo domini regis Alberti pacifici confratruelis nostri noviter heu defuncti, de cuius ore non nisi veritas procedebat. Dum ad suas pervenitⁿ urbes vel opida, nulli violentiam in uxore sua vel filiabus fecit, sed neque suis ut facerent permittebat. Que vero expendebat, cito pauperibus solvebat, neminem opprimendo. Christianum pauperrimum plus amabat quam Iudeum ditissimum et alias virtutes preclaras, quarum non est numerus, in se denumerabat sicut beatus rex⁵⁹.

Si vero aliqua castra, urbes vel opida fuerint Karinthie vel Carniole aliis per predecessores nostros^o obligata, exsolvamur et redimemus, quia eis obligatis

e) *umgestellt aus* quis scilicet
beim Seitenwechsel dupliziert
 l) *Hs. hoc* m) *Hs. mari*

f) *Hs. alii* g) *korr. aus* quodque h) et
 i) *Hs. ambas* j) *Hs. ab eo* k) *Hs. pac.*
 n) *Hs. provenit* o) *Hs. nostris*

56) *Hebr. 10, 31.*

57) *Vgl. Iosue 22, 29 und 24, 16.*

58) *Gemeint sind Jost/Jodok (gest. 1411, Markgraf von Mähren, Herzog von Luxemburg und Kurfürst von Brandenburg) sowie Prokop (gest. 1405, Markgraf von Mähren), die Söhne Johann Heinrichs von Luxemburg (gest. 1375), zwei Vettern von Kaiser Sigismund.*

59) *Unklare Stelle. Mit beatus rex wird wohl auf Stephan I., den Heiligen, angespielt (gest. 1038).*